

1499

## C O D I C E S

1500

*Supplementi dyalogi. Sicut enim habetur Supplementum Trialogi, sic etiam et dyalogi. Et statim: Sequitur Capitulum 30. Trialogi wigleph de Canonisatione. Ejus initium: Delector frater fronesi. Quod tantum magnificas saluatorerem &c. Itaque Supplementum praeit ipsi Operi, quod en!*

III. fol. 34. *Incipit primus liber Trialogi. Capitulum primum. Initium: Cum locutio ad personam multis plus complacet &c. Opus pluries relatum.*

IV. fol. 188. *Incipit Supplementum trialogi. Ita: Utrum clericus debuit dotacionem quam modo occupat, a dominis temporalibus recepisse. Et videtur quod sic &c. Et istud Supplementum alio titulo De Dotacione Ecclesiae jam occurrit Codd. variis, quos in Indice confer. Ad calcem: Dostneliby. Improbantis.*

V. fol. 207. *De salutacione angelica. Initium: Quamuis autem salutacio angelica dicta ad beatam virginem sit communiter et laudabiliter vsitata &c. Relatum saepius.*

VI. fol. 209. p. 2. *Accedit Index alphabeticus in Trialogum.*

## CCCCIV.

881 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Foliar. 359. f. per duas columnas probe, non tamen una manu, exaratus, rubricisque et marginum Summariis distinctus varia complectitur *Job. Wiclefi, Job. Hussi et Jacobi de Misa*

Scripta, quibus et Elenchus et Rerum notabilium Index praemittitur. Sunt vero: I. *Job. Wiclefi Dialogus. Initium: Cum ydemptitas sit mater fastidij &c. ut alias. Ad calcem: Correctus est Anno domini M<sup>o</sup>.CCCC<sup>o</sup>.XIV<sup>o</sup>. post festum Georgij feria sexta.*

II. fol. 21. *Ejusdem Trialogus. Initium: Cum locutio ad personam &c. ut saepius. Ad calcem: Correxii anno domini MCCCCXIV. finiui post ascensionem domini sabbato die ante horam XVIII. Amen. Igitur in Bobemia ob horologium.*

III. fol. 125. *Ejusdem Expositio capituli 23. Mathei ewangeliste. Initium: Cum secundum Apostolum Heb. 11. fides sit fundamentum &c. ut alibi.*

IV. fol. 141. *Sequitur super (Caput) 24<sup>m</sup>. Initium: Quia Ewangelium istud est multis absconditum &c. ut alibi.*

V. fol. 150. p. 2. *Incipit sermo Magistri Johannis Hus ad populum de corpore Christi. Amen. Initium: Impugnantibus uerba ewangelij et ignorantibus circa sacramentum dominici corporis veritatem &c. Ut Cod. DCLXII. et alias, et Opp. Hussi edit. 1715. P. I. p. 202.*

VI. fol. 156. *Posicio Reuerendi Magistri Hus de sanguine ihesu christi amen. Initium: Utrum christus omnem sanguinem &c. Ut Cod. CCCCXXI. et alias, et Opp. Hussi cit. P. I. p. 191. Hic subnotatur: Finit determinacio questionis — per Reuerendissimum Magistrum Johannem de Hussinecz*

Sacre

1501

P O L E M I C I.

1502

*Sacre Theologie pro tunc Bac- cal. studij pragensis. compilatorem pro fidei catholice confirmatione et auarorum clericorum sacerdotum et laycorum profundiorum opi- latorem.*

VII. fol. 166. De Religioni- bus vanis monachorum. Est Job. Wiclefi, et Cod. CCCLXXXV. inscribitur: De Fundatore Reli- gionis, et incipit: Saluator noster diligens unitatem religionis &c.

VIII. fol. 168. p. 2. Ejusdem de triplici vinculo. Initium: Tria sunt vincula amoris quibus fideles viatores &c. Refert Baleus, sed absque initio.

IX. fol. 178. ex Elencho prae- vio: De minoribus fratribus se- extollentibus. Initium: Cum vian- tes et fratres specialiter conten- dant circa perfectiones ordinum pri- uatorum &c. Est Wiclefi, sed apud Baleum et Tannerum non occurrit.

X. fol. 187. ex Elencho Ejus- dem: Vtrum licet clerum corri- gere. Initium: Circa preparacio- nem (praedicationem?) ewangelij de qua dictum est, videtur utile dubitare, vtrum in ewangelisatio- ne coram clero et communi populo licet caritative cleri maliciam ar- guere &c. Non repertum in Ca- talogis citt. In edit. Opp. Hussi 1715. T. I. p. 185. f. huic ad- scribitur.

XI. fol. 192. p. 2. Ejusdem: De seclis Monachorum. Initium: Cum christus sit primus et nouissi- mus, cuius perfecta sunt opera &c. Antesignanos suos in impug- nandis Ordinibus Mendicantium

Wiclefus hic citat Ricardum Ar- macan. Wilbelmum de Sancto Amore et Robertum Lincon. Non repertum. Habet ad calcem: Explicit tractatus de cor. ua. con- di. fratrum editus a magistro Jo- hanne sacre pagine professoris. Fi- nitus Anno domini MCCCCXII. In Collegio pauperum. In die sancte Agne hora quasi 20.

XII. fol. 196. p. 2. De Cu- ra et modo rei familiaris. Ad cal- cem legitur: Explicit liber de Cura rei familiaris Lucij Annei senece. Alij vero dicunt quod non sit senece, sed scribit eum quidam ad amicum suum. Est is Bernar- dus Silvester. Ad Cod. CCXLI. Initium: Doceri cupis a nobis de Cura et modo &c.

XIII. fol. 197. p. 2. in mar- gine: Posicio ewangelici Doctoris. Initium: Utrum priuata religio sit datum optimum descendens a patre luminum &c. Notat Baleus Scriptum de Religiosis priuatis, sed alio initio. Docet experientia Recensum nostrum Scripto- rum Wiclefianorum decurrentes, Autorem saepius idem argumen- tum agitasse, id, quod Biblio- graphi saepe dicti non fat curate distinxere.

XIV. fol. 202. ex Elencho prae- vio: Sermo M. Jacobelli de b. Magdalena. Ad Academicos. In illud: Ecce mulier que erat in Ciuitate peccatrix &c. Luc. 7. Initium: Cogitante me quid lice- ret et expediret loqui in medio doctae multitudinis cleri &c. Ut alibi.

XV. fol. 208. e margine: *Sermo Magistri Jobannis de Hussinecz*, in illud: *Abjiciamus opera tenebrarum &c. Rom. 13.* Initium: *Triplici ratione ad loquendum urgeor, precepti potestate, fraterna caritate, timore dei omnipotentis &c. Contra Clerum. Extat Opp. edit. cit. P. II. p. 57.* Notabilis locus ille: *Serpit bodie putrida tabes per omne corpus ecclesie, et quo lacius, eo desperacius, eoque periculosius, quo interius. Nam si insurgeret apertus bereticus, mitteretur foras et aret.*

XVI. fol. 212. *Sermo Magistri Jacobi de Miza*, in illud: *Hec omnia dabo tibi &c. Matth. 4.* Initium: *In exordio huius sermonis antequam ad dicenda procedatur &c. Vertitur ad Venerabiles magistros et dominos prestantissimos, agitque de triplici genere cleri cupidi supremo, medio et infimo. Ejus mentionem non reperio.*

XVII. fol. 217. p. 2. *Tractatus*, ut in calce, *de confessionibus editus a Magistro Jobanne. Videlicet Wiclefo.* Initium: *Duo sunt sacramenta precipua in quibus ecclesia est illusa scilicet sacramentum eucharistie et sacramentum penitentiae &c. Contra Transsubstantiationem et Confessionem auricularem. In Catalogis citt. non inveni.*

XVIII. fol. 221. *Ejusdem: De Ecclesia.* Initium: *Suppositis dictis de fide tam in simbolo apostolorum, quam in simbolo ecclesie, quam etiam in simbolo Atana-*

*sij &c. Apud Baleum inscribitur de Ecclesia et Membris.*

XIX. fol. 230. male in Elencho praevio: *De Papa.* Est enim Adhortatio illa subposita *Ambrosio*, quae incipit: *Dilecte fili, dilige lacrimas &c.* et relata est *Cod. CCLXXXVII.* Ad calcem habet: *Explicit liber Ambrosij de moribus Ecclesie.*

XX. fol. 230. p. 2. *Tractatus*, ut in calce, *de christo et suo adversario.* Initium: *Secundum catholicos Ecclesia est predestinatarum universitas &c.* Ut alibi. Sub finem nomen suum notavit *Librarius Johannes de Tarnow*, cui *Codex* hic usque ad fol. 304. debetur.

XXI. fol. 239. p. 2. Ut e calce: *Cruciata.* Initium: *Cum secundum fidem catholicam Rom. 8. timentibus deum &c.* Jam indicata inter plura *Wiclefi* alibi.

XXII. fol. 250. p. 2. *Ejusdem*, ut in calce: *Tractatus de fundacione sectarum christo in oppositum introductarum.* Initium: *Motus sum per quosdam veritatis amicos originaliter detegere &c.* An ille, quem *Baleus* de origine *Sectarum* inscribit? Ad calcem finitus dicitur: *Anno domini Millesimo CCCCXII. sexta feria proxima ante Conductum Pasche hora quasi vicesima. Conductus Pasche communiter in Bohemia dicebatur Dominica in Albis*, quod ab ea die inciperent haberi Supplicationes seu *Processiones* circa paroeciales Ecclesias. Vide *Voigtii τὰ μαχαρίτς* Differt. germ. de *Calendario Slavov.* T. III. Differt. vulgo

1505

P O L E M I C I

1506

vulgo *Abbandl. einer Privatgesellschaft in Böhmen* p. 113.

XXIII. fol. 264. p. 2. *Tractatus*, ut in calce: *De noua preuaricantia mandatorum*. Initium: *Cum secundum veritatis testimonium Matth. 19. ad ingressum in patriam sufficit &c.* Ut alibi.

XXIV. fol. 271. *Isidori Hispal. Liber VI. VII. VIII. Originum*, ut extant in edit. *Paris. 1601.* p. 70. f. non tamen sine quadam lectionis varietate.

XXV. fol. 300. reditur ad *Wiclefi Tractatum de Septem Donis Spiritus Sancti*, cujus initium: *Cum spiritus sanctus sit tertia persona trinitatis &c.* ut alibi.

XXVI. fol. 304. ex Elencho praevio: *Sermones ad Clerum*. Alia a praecedentibus Tractatibus manu scripti et numero VIII. quos enumerabo: 1.) in illud: *Vos estis sal terre &c. Matth. 5.* Init: *Verba saluatoris nostri episcopi et doctoris prestantissimi &c.* In *Opp. Job. Hussi* edit. cit. T. II. p. 70. ubi in Festo S. Augustini habitus dicitur. 2.) in illud: *Tres sunt, qui testimonium dant &c. I. Job. 5.* Init: *Igitur ad honorem dei patris et filij et spiritus sancti qui vnus existens in essentia &c.* Itidem *Hussi*, et edit. cit. T. I. p. 131. in scriptus *Actus pro defensione Libri Job. Wiclef de Trinitate sancta publice celebratus Anno 1410.* 3.) *Sermo M. Jacobi de Misa.* In illud: *Accipiebant spiritum sanctum. Act. 8.* Init: *Nisi quia esset diuersitas spirituum, quorum alius est bonus*

*et verus &c.* Nemini, quod sciam, haecenus memoratus. 4.) in illud: *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Job. 3.* Init: *Honorabiles patres Magistri et domini. Illa que sunt in sermonibus ad vulgus et multo magis ad clerum sunt ardua &c.* Inuestiva in Cupiditatem, Ambitionem et Contentiones Cleri, fortassis ejusdem *Jacobi de Misa. 5.)* in illud: *Dixit Martha ad ihesum, domine si fuisses hic &c. Job. 11.* Est *Job. Hus*, in scriptus *de exequijs Mortuorum* in edit. cit. P. II. p. 76. habitus a. 1411. et incipiens: *In presenti ewangelio agitur de morte lazari &c. 6.)* in illud: *Solliciti sitis seruare unitatem &c. ad Ephes. 4.* Initium: *Quia secundum Augustinum libro de 12. abusibus primus gradus abusio est &c.* Dirigitur pariter ad *Venerabiles Patres Magistrosque Reuerendos*, sed Autor latet. 7.) in illud: *Vie eius uie pulcre et semite eius pacifice &c. Prov. 3.* Init: *Ambrosius libro 3° super lucam ostendens nobis discrimina nostrarum viarum &c.* De viis Dei et viis Diaboli. Dirigitur ad Eosdem Autore tacito. 8.) in illud: *Diliges Dominum Deum tuum &c. Matth. 22.* Init: *In omnibus me defectuosum reperiens contremisco &c.* Est *Job. Hus*, habitus a. 1405. ut edit. cit. T. II. p. 39. et nobis alias. 9.) *Sermo Magistri Jobannis Rokyczan ad clerum.* Tardius adscriptus. In illud: *Querite primum regnum dei. Matth. 6.* Init: *Locuturus paternitatibus et dominationibus*

1507

C O D I C E S

1508

nacionibus vestris perhorrescens timo. Quia cum me ipsum intueor &c.

CCCCV.

388 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 251. 4. currente calamo minute duabus columnis perscriptus complectitur: I. sine Autoris nomine Tractatum de Veritate sacrae Scripturae, qui Capitibus XXXII. constat, et absque ullo Praefamine a C. I. sic incipit: *Restat parumper discutere errores et concordias (discordias?) circa sensus scripture hodie plus solito seminatos. tum quia in illa consistit salus fidelium. tum quia illa est fundamentum cuicumque opinioni catholice &c.* Finis C. ult. *Et ut planius intelligatur tractatus de Symonia quem si deus voluerit propono diffusus pertractare.* Tractatum hunc pertinere ad Johannem Wiclefium, qui circa annum 1360. Romanam Sedem in Anglia oppugnare coepit, testis est Job. Baleus in *Scriptt. Brit. Cent. VI.* edit. *Basil. 1557.* p. 450. et Th. Tannerus in *Bibl. Brit.* p. 769. quorum uterque ejus principium recitat. Guil. Caveus nunquam illum vidit, sed tantum e Th. Iamesii *Apologia Wiclefi* anglice Oxonii 1608. 4. edita memorat *Vol. II.* p. 65. manu descriptum; neque enim typis excusus est, quod fatum plurimae *Wiclefi* lucubrationes habent, quae in *Angliae* Bibliothecis conduntur. Exemplum nostrum, ut multa alia ejusdem Au-

toris, per Bobemos studiorum caussa Oxonium frequentantes in continentem advectum est. Legitur enim ad oram infimam fol. ult. *Correctus gnauiter anno domini 1407. in uigilia purificationis sancte Marie Oxonii per Nicolaum faulfsis et Georgium de knyebnicz,* quorum prior ad familiam M. Hieronymi dicti Pragensis pertinuisse videtur. Index alphabeticus, qui Tractatum excipit, ab his adjectus fuerit. Et hic et sequentes saepius in *Indice* recurrunt.

II. fol. 128. sequitur Tractatus de Ecclesia constans Capitibus XXIII. hujus initii: *Quia non nulli eciam illi qui videntur esse aliquid discordant in materia de quidditate ecclesie. et fides est ecclesia que deberet in christianis omnibus esse una, decet christianos cognoscere matrem suam &c.* Hunc quoque Tractatum in Anglia scriptum fuisse patet e narratione C. 7. de duobus Viris armorum hominibus (gens d'armes) regis, qui rei inobedientiae exierunt Contra mandatum regis violente de carcere et prostrato custode carceris intrarunt septa Westmonasteriensia in quibus vendicarunt omnino exui a subiectione regis ex illius ecclesie libertate &c. Regem hunc suum vocat Autor, cumque in hoc Tractatu apertius insurgat in Pontificem Rom. quam in priore, vix fallar, si hunc etiam Wiclefo adscripsero. Citantur quidem duo Ejus Tractatus a Tannero, unus inscriptus de Ecclesia et Membris, alter de Ecclesia Catholica,